2006

centesimo Quadragesimo Octavo coram Actis Iudicij Ter-
restris Premysliens. ad solvendum assecurata, nec non
de eadem ipsa Inscriptione Terrestri Premysliensi obli-
gatoria ob plenariam et sufficientem sibi pro praemissis
praedictam satisfactionem, suprascriptisque Summae Cen-
tum Quinquaginta Florenorum Polonicalium per manus
suprascripti Recognoscentis, realem et effectivam perso-
lutionem quietat, emittit dimittit, liberumque et absolutum
perpetuo pronuntiat, Inscriptionem eandem obligatoriam
in toto et per omnia cassat mortificat, et annihilat, sibi
suisque Posteris ratione praemissorum perpetuum imponen-
do silentium. Hac sua praesenti personali Recognitio-
ne ad praemissa omnia mediante

Idem Maytkowski Ilnickiey Donat.

Comparens personaliter coram Officio et
Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premy-
103 sliensibus Nobilis Iakim Maytkowski, olim Nobilis Elias May-
thowski Shibanowicz Filius, sanus mente et corpore existens,
a Terris Districtibus, Iudicibus, Iurisdictionibusque suis
quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti
vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni
quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie in corpo-
rando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per ex-
pressum recognovit Quia ipse Bona sua propria et he-
reditaria infrascripta, nempe Czwarty Część Dworzy-
sha Miczynczyszko nazwaną z placem in Bonis Villa
Ilnik, Terra vero et Districtu praesenti Premysliensi iacens
et consistens cum omni praemissorum Iure, Dominio, propri-
etate haereditate tituloque haereditario, cumque omnibus
et singulis Bonorum eorundem utilitatibus, fructibus, pro-

uentibus reditibus, commodis, emolumentis et obuentionibus quibusuis attinentiisque et pertinentiis generaliter vniuersis Nihil ex præmissis Iuris, Dominii, proprietatis hæreditatis, aut cuiusuis competentiæ et prærogatiuæ pro se Recognoscente suisque Successoribus, aut quopiam alio reseruando seu excipiendo, verum ita late, longè circumferentialiterque prout præfatorum Bonorum hæreditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur et prout eadem Bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumque concernebant, ac eidem legitimè seruiebant, Iam ex nunc et de facto Nobili Fennæ Komarnicha, olim Nobilis Iwan Komarnicki Relictæ, Nobilis verò Basilii Ilnicki Ryberzyc Consorti legitimæ, eiusque Posteris dedit, donauit, inscripsit, et resignauit, prout dat, donat, actitulo puræ, meræ, perpetuæ ac irreuocabilis Donationis inscribit et resignat perpetuò et in æuum irreuocabiliterque. In quæ quidem Bona præsentibus donata idem Recognoscens Nobilis Adam Maykowski, prænominatæ Nobili Fennæ Ilnicha Donatariæ suæ eiusque Posteris iam ex nunc et de facto coram Officio præsenti dat, et admittit realem Intromissionem, et actualem, pacificamque Possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerit officiosè acceptandam. Per ipsam Donatariam suam eiusque Posteros hæc eadem Bona, præsentibus donata, cum omni Iure, Dominio, proprietate, competentiaque et prærogatiua quauis tenendi habendi et possidendi illisque quietè et pacificè vtifruendi ac ad suos suorumque Successorum quosuis beneplacitos vsusfructus liberè et effectualiter conuertendi perpetuò et æuiternis temporibus. Debetque et te-

nebetur memoratus Recognoscens, Nobili Jakim Mayshow-
ski prout se, ac suos Successores, in et super Bonis suis
generaliter omnibus Summisque quibusvis pecuniariis
habitis et habendis suprascriptae Nobili Fennae Ilnicka
Donatariae suae inscribit et obligat praesentibus ipsam et
eius Successores, in dictis Bonis praesentibus donatis, et
eius conmercio omnium, ab omni et qualiscumque impeti-
tione iuridica quamcumque Personarum cuiuscumque
Conditionis, Status, et Sexus cuiusvis existentium, ex
occasione suprascriptorum modo quovis exoriunda per
omnes praescriptiones Terrestres prout ad quamlibet
personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio,
in omni Iudicio et Officio Regni, semper toties quoties
opus fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere, et
eliberare indemnemque cum Posteris reddere, necnon
Bona praefata praesentibus resignata ab omnibus in ge-
nere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterio-
ribus, super eisdem Bonis praesentibus per se Recogno-
scentem donatis cuicumque personarum modo quovis fa-
ctis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus
super eadem Bona praemissaque omnia praesentibus re-
signata importatis et importandis, Luciis denique et Per-
luciis Processibusque Iuris quibusvis in quocumque fun-
cto et gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio
et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis
omnibus praesentibus resignatis modo quovis perducto
et perducendo emundare et eliberare, mundaque et
libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefa-
tam coram Officio praesenti admissam in fundo Bonorum
praefatorum praesentibus resignatorum, cum per Mi-

nisterialem et Nobiles officiose requiretur, non denega-
re, imo debebit et tenebitur, eandem libere dare et
effectualiter admittere, dataque et admissa eadem,
Possessionem et usumfructum praemissorum omnium
et singulorum quovismodo tam per se quam per sua
quasvis submissas et subordinatas personas non prae-
pedire nec adimere, ipsamque Donatariam suam, ac
ipsius Successores in dictis Bonis per praesentes resignatis
tam in toto quam in quavis minima parte non inquietari, ita
ut eadem Bona, praemissaque omnia cum universis eorundem
utilitatibus et usufructibus eadem Donataria sua cum suis
Posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donationis
vigore tenere, habere et possidere queat, iisque uti frui pos-
sit perpetuo et in aevum irrevocabiliterque, idque sub da-
mnis Terrestribus simpliciter absque corporali Juramento
taxandis et educendis, per eundem Recognoscentem vel
eius Posteros, suprascriptae Donatariae suae, ac illius Poste-
ris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum
tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit ad sol-
vendum succumbendis. Pro quibus damnis Terrestribus
simpliciter taxatis modo praemisso ad solvendum succum-
bitis ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa
complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Nobi-
lis Iakub Maythowski vel eius Successores, ad instantiam
praefatae Nobilis Jenne Ilnicka Donatariae suae, vel eius
Posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale
Premisliense ex tunc recessu suprascripto, quo ad respon-
dendum spectat mediante, semper in primo Citationis Ter-
mino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respon-
dere, Damna praefata Terrestria simpliciter taxata
luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omnia indi-

E quibus

catum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causas eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Evictorem vel alios quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus Suspensionibus fatalis Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventione que, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Ita ac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Maytkowski Conti debet

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus, Nobilis Ioannes Maytkowski Szlabanowicz olim Nobilis Eliae Maytkowski Szlabanowicz filius, sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis

713 et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc authenticum se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit Quia ipse Nobilis Catharinae Czerniecka olim Nobilis Alexandri Czerniecki filiae suae vero Recognoscentis Consorti legitimae eiusque Posteris Summam Sexaginta Florenorum Polonicalium mo-